Cochleariæ ana gr. iiij
Olei corticum citri
Cochleariæ
Cinnamomi
Fœniculi ana gutt. ij
M. & formentur cum s. q. syrupi pantagogi l. a. Massæ pilularum.

¶ Blandè atq; sine omni exagitatione, humorum illuviem ex ventriculo, intestinis, mesenterio, Epate, & Liene expurgant; ac proindè nauseam, colicã passionem, hydropem, melancholiam hypochondriacam, febres chronicas, inprimis verò Scorbutum præservant, & curant, si nimirum dentur ʒ j ponderecertis intervallis pro indicatione causæ morbificæ, & virium ægri.

DE ELECTUARIIS.

ELECTUARIUM CEphalicum.

℞ Pulveris Epileptici ʒ ij ß
Irroretur cum aq. Epilepticæ aureæ ʒ j
Misceantur exquisitissimè, deinde adde
Olei Nucis muscatæ per expressionem ʒ iij
Macis

Macis per expreßionem ℈ iiij
Macis ſtillatitij
Roriſmarini ſtillatitij ana gut. xvj
Miſceantur iterum, poſteà
℞ *Aq. Epilepticæ aureæ*
Sacchari fini ana ℥ iij
Coquantur in duplici vaſe ad ſyrupi conſiſtentiam, qui miſceatur cum reliquis, & fiat l. a. Electuarium.

¶ Miram habet efficaciam tàm in curando, quàm in præſervando ab Epilepſia, apoplexia, paralyſi, Caro, & ab aliis affectibus cerebri & nervorum frigidis. Datur præſervationis gratiâ ſingulis quadris Lunæ, in omni humida, & minus conſtanti aëris tempeſtate dimidiæ avellanæ magnitudine: curationis verò gratiâ à ℥ ß ad ℥ j, vel per ſe linguæ & palato affricamus, vel cum aq. florũ tiliæ ℥ ij diſſolutum ægro propinamus, & ſi neceſſariũ fuerit, potiunculam iſtâ dimidia hora elapſa reiteramus.

ELECTUARIUM CORdiale.

℞ *Con-*

℞ *Conservæ Rosarum recent.*
Specier. de gemmis frigid. ana ℥ j ß
Olei Cinnamomi ℈ ij ß
Caryophyllor. ℈ ß
Macis per expreßionem ℥ j
Moschi Telephantini ℈ ß
Folior. auri fini N. xv.
Margaritar. præparatarum ℥ j ß
M. & fiat cum s. q. syrupi acetositatis citri Electuarium.

¶ Datur ægris, convalescentibus, naturâ debilibus, & senibus à ℈ j ad ℥ ß vel per se, vel in aquæ Rosarum ℥ j. vel, si febris abfuerit, in vino malvatico, aut in alio generoso dissolutum. Spiritus vitales præcipuè, deinde animales & naturales recreat, fovet, & auget, viscerum facultates conservat, & ad proprias actiones obeundas suscitat. Est medicamentum naturæ humanæ admodum familiare & amicum.

DE UNGUENTIS.

UNGUENTUM ANTIparalyticum.

Rec. Aq.